



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

mūdus non uidet. Nam Saul & postea inter homines regnat, cuius regnum Stephanus ait quadraginta annis durasse.

Quæsiuit.] Prophetat de regno Dauidis &c.

Tres cunei.

Vt ab omni parte concluderent Israelitas & prædarentur uastarentq; omnia, quemadmodū in Hebræo dicitur &c.

Porro faber.

Misera seruitus significatur Israelitarū qua hæcenus presierant à Palestinis. Insignis est hæc figura aduersariorum populi dei. Cauent ne habeant gladium & arma, id est uerbum dei, quo se tueantur aduersus ipsorum seductiones & tenebrarum regnum, prohibentes laicis ne legant uerba sacra, alijs ne aliter intelligant quā ipsi uelint, ut uerbum dei seruiat Palestinis non Israelitis. Sic gladium & arma interpretatur Paulus Ephe. 6.

CAPVT XIII.

SAule cessante & non audente in aduersarios propter paucitatē exercitus, deus insigni miraculo edit exemplum fiduciæ in deum per Ionatan & armigerum eius, quo declaret non in uiribus humanis esse uictoriam &c. Hic redit ad regem populus, & rex fugientes

hostes persequitur, strenue agit ubi uidet rem bene cedere, uoto & iuramento se suumq; populum astringit, se non commesturos donec conficiant aduersarios. Atq; hic ita gerit hypocrisis omnia, quasi nemo in toto mundo ita fidat deo, cum tamen hic nulla fides, Quæ est natura hypocrisis ubi prospere omnia aguntur, cæterum in tentatione desperat, ut præcedentia indicant & præterea finis Saulis.

Ephoth] scilicet sacerdotale, de quo supra. Vnde infra legis, q; Saul per sacerdotem consulere uult dominum, sed responsum domini non expectat, dum uidet uictoriam in manu, aut dum timet appropinquare aduersarium exercitum.

Ecce nos.

Signo uult certificari de uoluntate dei in opere isto quod erat cõtra naturam &c. de quo supra diximus, & ex signo confirmatus dicit, Tradidit dominus eos in manus Israël. Spiritus fidei agitabat eum, ut non opus habeas disputare, an Ionatas tentarit deum. Impium est disputare de factis sanctorum non cõsiderata sanctorum fide, ut interim taceam de miraculis quæ nõ sanctos sed deum operatum fuisse ne caro quidem negare potest, nisi q; his hystorijs non credit. Verbum dei habebat Ionatas, promissionẽ legis, Leuit. 26. Persequimini inimicos uestros &c. ^{conuenit conuenit}

Et ecce.] Suo se gladio iugulant, excæcati a deo

& in

¶ in furiam uersi, qui contra dei populum pugnant. Sicut qui hodie scripturis, quasi pro se contra Euangelium citatis, suam mūdo ex iudicio dei produnt amenitiam & errorem.

Sed & Hebræi.

Isti significantur qui florente Euangelio accedunt, crucifixo decedunt. Qui ad tempus credunt & in temptationis recedunt.

Adiurauit. Adeo ista hypocrisis iam regnat ut iudicio etiam aliorum deo proxima uideatur & nihil aliud querere quā dei gloriam. Habes hic insigne exemplum temerarij uoti, siue iuramenti, quemadmodū erat & uotum Iopte, quid quæso attinebat ad rem, non se modo sed & totum populum in periculū adducere? quemadmodū fide plenus Ionas infra reprehendit patris factum, dicens, Turbauit pater meus terram &c. Iccirco istam temeritatem deus castigat dum offert ei proprium filium innocentē & sanctum, propter iuramentum occidendum, ut bis fiat impius, quē admodum & castigauit temeritatem Iepte, qui nescia quid obtulerit domino, cum doluisse legatur q̄ filiam debebat immolare. Recte hic populus dicit, hoc esse nephas, perdere innocentem propter temerarium regis iuramentum. Talia sunt omnia nostra iuramenta & uota sine fide, in hypocrisi, & postquā temere uouimus, ad gloriam dei (si fieri possit) offerimus diabolo.

lo animas nostras &c. **Illuminati &c.**

Id est, confortatus est, unde hilarior apparebat uultus,
qui deficienti corde humilior & tristis apparet &c.

Cum sanguine.

Contra legem Deut. 12. & alibi. Vide quæ dixi in Deu-
ter. Vides bona opera Saulis, persequitur hostes, iurat
deo, uetat ne edant sanguinem contra deum, ædificat
altare domino, sed non scribitur inuocasse dominum,
quomodo enim inuocabunt in quem nõ crediderunt?
Ista autem omnia sunt opera absq; fide, & similis est
penna Struthionis pennis herody & accipitris. Iob
39. Iste est cultus dei & religio omnium hypocritarũ.

Viuu dominus.] Altero iuramento prius confir-
mat.

Hæc faciat.

Tertio iurat, sed populus contrario iuramento & di-
uino absoluit Ionatan à temerario.

Et Saul confirmato.

Videns uictoriam esse in manu sua strenue ubiq; agit,
dum deo per eum agente nemo in conspectu eius con-
sistere potest, ita ut nunquã melior rex futurus in Isra-
el ne cogitari quidem potuisset, secundũ mundi &
carnis iudicium. Nec mirum si per impium hypocris-
tam ista agit deus secundũ uerbum promissionis suæ,
qui etiam prædicat & facit miracula per impios hy-
pocritas, qui dicent, Domine nõne in nomine tuo
prophetauimus &c. Matth. 7. Et uirga furoris dei &

Baculus est Assur, Esa. 10. &c. Et regi Babylonis uice
 stipendij à deo datur Aegyptus q̄ seruerit deo uastans
 do multo sudore Tyrum, Ezech. 29.

Fuerunt. Hec adijcit scriptura ne Saul sine hæ
 rede esse uideatur, quem dominus abiicit cum tota po
 steritate.

Nam. Hec est prudentia rei mi
 litaris in qua Saul fidebat plus quã in deo. Vsi sunt &
 post eum pij reges non dissimili prudentia sed alia fi
 ducia &c.

CAPVT XV.

Hic alio facto sese pinguisime declarat im
 pietas Saul, nisi cæca esset ratio humana
 quæ hic nihil uidet nisi pietatem, adeo fal
 litur specie sanctitatis. Saul secundũ uer
 bum dei percutit impios, prospere agit per deum, &
 seruat regem humanitas uidetur, & pccora pietas &
 dei cultus, nempe ad sacrificium, quis ista damnaret?
 quis non coram hominibus optimum regem, coram
 deo pietatem probaret? Sed ista scripta sunt, ut cecã
 rationem discamus non sequi, timere uero ad iudicia
 dei, ut non deseramus uerbum eius propter nostram
 bonam intentionem & excogitatum dei cultum.

Nunc ergo audi.

Eidem in uerbũ dei exigit propheta, ut obedias uocã